



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Pastorum Continens Doctrinas, & Industrias ad Pastorale  
Munus piè, fructuosè, ac securè obeundum pertinentes,  
Unà cum Casibus frequentiùs circa idem Officium  
occurrere solitis, & ex communiote ...**

**Lohner, Tobias**

**Dilingæ, 1678**

§. II. Observanda erga superiores Personas.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49267](#)

## S. II.

Observanda erga superiores Personas.

## ERGA DEV M.

Fides viva. a.

*Ob summam veritatem.*

Spes firma. b.

*Ob summam fidelitatem.*

Charitas tenerima. c.

*Ob summam bonitatem.*

a. Quâ vivaciter credat DEUM, qui est *Via, Veritas, & Vita*, Joan. 14. non nisi verissima revelantem, omnia bona eminentissimo modo continentem (juxta illud Moysi dictum: *Ego ostendam omne bonum tibi*. Exod. 33.) ubique & in omnibus existentem (in ipso enim vivimus, movemur, & sumus Act. 17.) ut studeat ambulare coram DEO, meminerit que semper illius dicti Christi: *Quamdiu fecistis uni ex ministris meis, mihi fecisti*. Matth. 25. b. Quâ firmiter speret copiosum gratiae auxilium, felicem operum successum, & copiosum laborum præmium. c. Agendo & patiendo, quæ tali DEUS, quomodo vult, & quia vult juxta notum distichon:

*Omne tulit punctum, patitur qui semper, agitque,  
Quia vult, quibus modo vult Deus, & quia vult.*

Domine, doce me (semper) facere voluntatem tuam.  
Psal. 142.

## Erga Christum.

Charitas tenerima

*Propter Redemptionem.* a.

Gratitudo maxima

*Propter vocationem.* b.

Imitatio studiosissima

*Propter perfectionem.* c.

a. Hoc enim beneficium, teste S. Bernardo, *Amorem nostrum omnino sibi vendicat, devotionem nostram blandius allucit, impluit, insitius exigit, arditius stringit, & vehementius afficit*.  
b. Quam præstabit, si Christum sibi dicentem imaginetur, & exaudiatur: *Observeo vos ego vincitus in Domino* (imò & instrutio IV.

R.

MOS-

mortuus pro vobis) ut dignè ambuletis vocations, quā dñe  
estis. Eph. c. 4. Satagenies, ut per bona opera certam ultra  
vocationem & electionem faciat. 2. Petr. 1. c. Ideo tñ  
exemplum dedit nobis, ut, quemadmodum ipse fecit, in  
nos faciamus. Ioan. 13.

*Erga B. Virginem.***Constans veneratio***Ob meritorum excellentiam. a.***Crebra invocatio***Ob Patrocinij potentiam. b.***Studioſa imitatio***Ob Virtutum preſtantiam. c.*

a. Quam breviter indicavit S. Anselmus de Concep-  
tione Virg. dum ait: *Nihil tibi, Domina, aequale, nihil comparabile;* omne enim, quod est, aut supra te est, aut infra te. Supra te solus Deus est; infra te omne, quod Deus non est. b. Non enim, teste S. Bernardo f. 2. in Domi. 2. post Epiph. scriptio  
potestatis eius, vel pietatis magnitudinem commendate, vi-  
forte aut non creditur DEI Filius honorare Matrem, aut de-  
bitare quis potest omnino in affectum Charitatis transi-  
*MARIAE viscera, in quibus ipsa, que ex DEO est, Charis*  
novem mensibus corporaliter requievit. Modicum ergo illud  
inquit ulterius idem Sanctus f. de aquæductu, quod offerat  
desiderat, gratiosissimis illis, & omni acceptione dignissimis  
*MARIAE manibus offerendum tradere cura, si non va-*  
lere repulsam; habet enim Homo, ut Arnoldus Carnotensis  
Laudibus Virg. loquitur, Mediatorum causa sua Filium am-  
Patrem, & ante Filium Matrem. Christus Patri ostendit La-  
tus & Vulnera: *MARIA Christo pectus & ubera; nec pos-*  
ullo modo esse repulsa, ubi concurrunt & orant omni lingua.  
serius hac clementia monumenta, & Charitatis insignia.  
c. Sic enim imperatio facilior efficitur juxta illud S. Bernar-  
di tom. 2. super missus, ut impctres Orationis eius suffragiant,  
non deserat conversationis eius exemplum. Et ipse etiam clu-  
etus gravior redditur juxta S. Hieronymi f. de Assumpt. semina-  
tiam: *Igitur, dilectissimi, amate MARIAM, quam ve-*  
ritis; colite, quam amatis; quia tunc vere colitis. & AMATE  
imitari velitis ex corde, quam amatis.

Erga reliquo's cælites.

Magna reverentia,

Ob venerandam præsentiam. a.

Firma fiducia,

Ob fidelem custodiam. b.

Constans devotio,

Ob amicam benevolentiam. c.

a. Juxta S. Bernardi monitum in l. super Ps. 90. In omnibus  
angulo Angelo tuo (cæterisque Patronis) reverentiam habe,  
ne audies illo præsente, quod me præsente facere non auderes.  
b. Quid enim, ut idem Sanctus ait l. c. sub tantiis Custodibus  
timeamus? Fideles sunt; prudentes sunt; potentes sunt. c. Quæ  
omnes actiones, &c ad eorum post D E I & B. V. gloriam ac  
honorem dirigantur; & juxta exemplum ad iis datum perficiantur,  
nam Sanctorum est cultus pulcherrimus optima vita.

Erga Ecclesiam.

Insignis Honoratio

Per Vita sanctitatem. a.

Filialis subiectio

Per Officii fidelitatem. b.

Fortis propugnatio

Per doctrinæ potestatem. c.

a. Juxta illud Tobiae c. 4. Honorem habebis Maritua  
in omnibus diebus vita tuae. b. Conformater illi monito: Esto  
fidelis usque ad mortem, & dabo tibi coronam vita. Apoc. 2.  
c. Scientes, quoniam in defensionem Evangelij positis summis;  
Phillip. c. 1.

Erga Episcopos, aliosque Superiores.

Summa reverentia,

Quia D E I Vicarij. a.

Charitas ingenua,

Quia Patres piissimi. b.

Obedientia promptissima,

Quia Pastores optimi. c.

a. Juxta illud Luc. io. Qui vos spernit, me spernit. b.  
Nam in Christo IESV per Evangelium illi nos generavit. i.

R. 2

COR.

*Cor. 4. c. Hortante S. Paulo c. 13. Hebr. Obedite Propositum vestris, & subiacete eis; ipsi enim per vigilant, quas rati nem pro animabus vestris reddituri, ut cum gaudio hoc facias & non gementes.*

*Erga Magnates.**Honoris justi oblatio**Propter Status eminentiam. a.**Favoris conservatio**Propter virium potentiam. b.**Locutionis cautio**Propter periculi presentiam. c.*

*a. Juxta illud D. Petri 1. c. 2. DEV M timete, Regnificare. b. Nam, ut sapienter quidam monuit, ad Magnates velut ad ignem, nec propinquè nimis accedendum ne nimirum accendamus & elevemur inconstantibus favoribus; nec procul nimis discedendum, ne frigescamus defunctis beneficiorum ab ipsis conferendorum. c. Hinc ipse DEU monuit Exod. 2.2. Principi Populi tui non maledic.*

*§. III.**Observanda erga Aequales.**ERGA RELIGIOSOS.**Condigna estimatio**Ob Status perfectionem. a.**Benevolia admissio**Ad laborum communionem. b.**Amica gratulatio**Ob privilegiorum possessionem. c.*

*a. Nam Religiosus Status, teste S. Climaco gr. I. §. Unus Status Angelicus in corpore materiali ac sordido consumatur; in quo, juxta S. Bernardum f. de altit. & bass. cordis debet esse Angelica conversatio in corpore, in corde prophetica expositatio, in utroque Apostolica perfectio. b. Juxta Apostolorum exemplum annuentium sociis, qui erant in alia nave, convenirent, & adjuvarent eos. Luc. 5. c. Ut pote, quz & qd. participare possint juxta illud S. Augustini: Congaudet.*